



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

388. De examinatione ante ordinatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De examinatione ante ordinationem.

Ex eodem, cap. cxxxvi.

CCCLXXXVIII. Ut Presbyteri non
ordinentur priusquam examinentur.

Lib. 1. Capitular. c. 142.

De eadem re. *Ex Concilio Meldensi*
cap. lli.

CCCLXXXIX. Qui verò ex nostris
parochiis aut ad Titulum aut absolutè ordi-
nari petuntur, nullatenus ordinentur nisi aut
in loco certo & religioso, vel etiam in civitate,
saltem uno anno immorentur, ut de vita
& conversatione atque doctrina illius certitudo
possit agnosci. Et nemo absolutè ordinare
quemquam præsumat, sicut sancti sanxerunt
canones. [*Vide infra cap. 442. hujus libri.*]

Concil. Meld. c. 52.

Ut ordinati litteras accipiant à suis ordina-
toribus. *Ex Concilio Africano.*

CCCXC. Placuit ut quicumque deinceps
ordinantur per provincias Africanas, litteras
accipiant ab ordinatoribus suis manu eorum
subscriptas continentes Consulem & diem, ut
nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus
oriatur.

Concil. Afric. c. 56.
Burchard. lib. 2. c. 46.

Ut nullus alterius servum ordinare præsumat.
Ex epistola Leonis Papa.

CCCXCI. Non admittantur passim ad
ordinem sacrum quibus nulla natalium, nulla
morum dignitas suffragatur; & qui à dominis
suis libertatem consequi minimè potuerunt,
ad fastigium sacerdotij, tanquam servilis vili-

Decreta Leonis I. c. 1.